enim ambulantes non secundum carnem militamus & alibi.
Conuersatio nostra in caelis est.
Philosophia est adsimulari dō secundum quod possibile est homin
Inspectiua dicitur qua supergressi uisibilia de diuinis
aliquid & caelestibus contemplamur. eaque mente solum
modo contuemur quo corporeum supergrediuntur aspectum.
I Naturalis dicitur ubi uniuscuiusque rei natura discutitur.
quia nihil contra naturam generatur in uitam. sed unumquoq
his usibus deputatur in quibus a creatore productum est. nisi
forte uoluntate dī aliquod miraculum prouenire monstretur
II Doctrinalis dicitur scientia quae abstractam significat quanti
tatem. abstracta enim quantitas dicitur quam intellectu a ma
teria separantes uel ab aliis accedentibus ut est par impar
uel alia huiuscemodi in sola ratiocinatione tractamus.
III Diuinalis dicitur quando aut ineffabilem dī naturam aut
spiritales creaturas ex aliqua parte profundissima
qualitate disserimus.
Arithmetica est disciplina quantitatis numerabilis secundum se
Musica est disciplina quae de numeris loquitur qui ad aliquid
sint his qui inueniuntur in sonis.
Geometrica est disciplina magnitudinis immobilis & formar
Astronomia est disciplina cursus caelestium siderum quae figuras